



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Fructus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

FOETVS: vide Aborsus.

FORNICATIO: vide Adulterium, & Luxuria.

FRAVS: vide, Dolus.

---

FRUCTVS.

**F**Ructus rei alienae fructuosae restituendi sunt, habita tamē ratione bonae vel malae fidei. Si verò res non sit fructuosa, non est restituendum quod industriā possidentis lucratum est. Fructus autem dicitur *id quod remanet deductis expensis. cap. 17. n. 25.*

Qui recipiens alienam rem ad vendendum pretiosorem reddit, cum ad id non teneretur, potest excessum sibi retinere. c. 17. n. 99.

Fructus ut dicantur Ecclesiastici, non sufficit quòd pertineant ad personas Ecclesiasticas. c. 27. n. 69. de fructibus beneficiorum. vide beneficium.

---

FUGERE.

**A**Delinquens licitè potest fugere, ne capiat, & alius potest eius fugam iuare, quando non prohibetur ex obligatione sui officij, vel ex qualitate delicti, vel alia de causa particulari. c. 17. n. 101. An verò liceat è carcere fugere, vide tit. carcer.

Qui fuit in causa ut captivus fugeret à Domino suo, tenetur restituere vel captivum, vel